



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum**

**Halden, Johann Baptist**

**Brixinæ, 1717**

Titulus XXXVIII. De Dominica XII. ac reliquis post Pentecosten usque ad  
Adventum Generatim.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39937**

nica I. Auguſti, ad Vesperas Sabbati immediatè illam præcedentis (ſive ea dein ſit VII. vel VIII. vel IX. vel X. vel XI. post Pentec.) pro Antiphona ad *Magnificat* non ſumitur illa, quæ ex Libr. Regum deprompta, illi Dominicæ VII. vel VIII. vel IX. vel X. vel XI. immediatè eſt præfixa, ſed ea, juxta paulo antè inſinuata, quæ habetur Sabbatho ante Dominicam I. Auguſti: & id ipsum etiam deinceps obſervatur in ſequentibus deinceps Hebdomadis uſque ad Sabbathum antecedens Dominicam I. Septembris, ut ſcilicet in Sabbathis, quæ aliquam Dominicam Au-

guliſti immediate antecedunt, pro Antiphona ad *Magnificat* in Vesperis pri- mis ſubsequentibus Dominicæ ſempre accipiatur illa, quæ ex Libris Salomonis Sapientialibus deprompta pernit in Sabbatho Dominicam illius Auguſti immediate antecedente in Proprio de Tempore, omissis illi alijs Antiphonis, quæ ex Libris Regum depromptæ anno illō ſupelunt: ita enim jubet Rubrica Dominicæ VII. post Pentec. præfixa, ju- ſuperiū citata.

De reliquo in Feriali Officiis Cætera omnia (etiam ubi Dominicæ I. Aug. advenerit) manent immutata.

## **TITVLVS XXXVIII.** De Dominicâ XII. ac reliquis post Pentecosten uſque ad Adventum Generatim.

**Q**uia ſaltem DOMINICA XII. post Pentec. ſemper cadiit in Dominicam vel I. vel II. vel III. vel IV. Auguſti, aut etiam aliquando in Dominicam I. Septembris, ac proinde Lectio- nes I. & II. Nocturni, ut & Re- ſponsoria, necnon Antiphona ad *Magnificat* in i. Vesperis pro hac, ac ſubsequentibus Dominicis post Pen- tecosten uſque ad Adventum, imò & pro Ferijs Lectiones de Scriptu- ra occurrente, ac Responſoria ſumi- ſemper debent ex Dominicâ ac He- bdoma daillius Mensis, in qua quo ſingulæ Dominicæ ac Ferijs currunt, ideo, ut conſter, quæ qualis dicenda ſit Antiphona in Vesperis Dominicæ ad *Magnificat*; quā nam item dicendæ Lectio- nes in i. & II. Nocturno, nec non de ſe- ptura occurrente in Ferijs per He- bdomadam; ac demum quanto Responſoria in illis Dominicis, quā cadunt in aliquam Dominicam Mesis Auguſti, aliorūmve Mensium ſequentium uſque ad Novembre inclusivè, nec non in Ferijs cuius-

subsequentis Hebdomadæ poneſida  
ſint, non abs re fuerit, antequam  
de Dominicâ XII. ac reliquis, quæ  
usque ad Adventum occurrere poſ-  
ſunt (non poſſunt autem pauciores  
quam 23. nec plures, quam 28. eo  
usque à Tempore Pentecostes occur-  
rere, prout ſcil. Paſcha aut ſeriūs,  
aut citiùs hōc vel illō anno incidit)  
pluribus in ſpecie, ac cœpto Ordine

infra Tit. 58. eūmque ſubsequentibus  
agam, priùs ea perfequi, quæ à Sabo-  
bato ante Dominicam I. Augusti uſ-  
que ad Sabbathum poſt ultimam Do-  
minicam Novembriſ circa Ordinan-  
dum Officium tum *Dominicale*, tunz  
etiam *Feriale*, quoad ſuperiūs Com-  
memorata Rubricæ Breviarij Roma-  
ni präſcribunt. Si igitur.

## TITULUS XXXIX. De Dominicâ I. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICA I. MENSI AUGUSTI  
ponitur Initium Librorum  
Salomonis ( qui *Sapientiales*  
à Scripturarijs dicuntur ) & legitur  
de eis usque ad Dominicam I. Se-  
ptembris in *Officio* non modò *Domi-  
nicali*, ac *Feriali*, ſed etiam tunc, quan-  
do Officium fit de *Sancto*, niſi in ejus  
Festo alia propriae Lectiones de Scri-  
ptura, vel de Communi Sancti: affi-  
gnantur; tunc enim *Initium Lectionis*  
Scriptura tranſfertur in ſequentem  
diem ſimiliter non impeditam, Le-  
ctiones autem illi diei de eadem Scri-  
ptura affignatae vel cum Superiori-  
bus Lectionibus legantur, vel omit-  
tantur, ita, ut non oporteat eas am-  
plius in alio ſequenti die resumere,  
ſed illa postmodum ſequentib: dieb:  
legantur, quæ ſua quaque die occur-  
runt, aut cum eisdem jungantur: id  
quod ſemper ſervetur ( ut monet  
Rubr. Gen. Tit. 26. n. 6. ) quando  
Lectiones occurrentes de Scriptura  
aliquo die omittuntur: nunquam ve-  
rò ultra tres Lectiones in qualibet  
Feria ( ne nimium ſcilicet gravetur  
Clerus ) legendas eſſe ſaltem in Choro,  
ſancitum fuſſe in Recognitione  
Breviarij ſub Clem. VIII. afferit  
Gavant: Tom. 2. Sect. 6. c. 21. n. 11.  
ubi tamen extra Chorum in recita-  
tione privata permittit, ut quis in-  
tegrum totum Textum 3. Lectionis  
pro Initio alicujus Libri Sac.  
Script. per modum unius legat Le-  
ctionis, quando illud Initium ſuo  
die poni non potuit. Quod dictum  
de transferendo Initio Lectionis de  
Sacra Scriptura, quando die, quo  
FF 2